



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

22. De Reagalibus Episcoporum Germaniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

- nuncupant, Episcopus Bononiensis. *c. conque-*  
*stus. vbi & Panor. x. de for. compet.* Albiganensis, *6.*  
*ex literis. x. de excess. pralat. & plerique Episcopi*  
 3. *in Germania. Gail. lib. 1. obs. 30. num. 1. & seqq. Tob.*  
*Paurmeist. lib. 2. de iurisd. cap. 7. num. 92. cap. 8. num. 1.*  
*Matth. Stephan. eod. lib. part. 1. cap. 5. lib. 3. cap. 14.*  
*num. 10. sine qua, jamdiu sedibus suis vna cum*  
*religione Catholica pulsi fuissent, vt recte a-*  
*nimaduertit Bellarm. d. cap. 9. Vers. deniq. Quo-*  
 4. *ad spiritualia siue ecclesiastica summum Ponti-*  
*ficem, quoad temporalia siue regalia, Impera-*  
*torem respiciunt, Gail. d. obs. 30. num. 8. & seq.*  
*de pac. public. lib. 1. cap. 8. num. 8. Pet. Frider.*  
*Mind. lib. 1. de process. cap. 22. num. 11. Francisc.*  
*Marc. quest. 454. Octauia. Cacheran. decis. Pe-*  
*dem. 30. num. 5. & seq. Matth. Stephan. d. num. 10.*  
 5. *arg. c. cum capella. x. de privileg. l. si consul cum*  
*seqq. ff. de adopt. tanquam Episcopi vocantur*  
*& comparent ad Synodum, tanquam Principes*  
*ad comitia imperii vt docent Concilii Triden-*  
*tini, & comitorum imperialium acta.*

## TITVLVS XXII

De regalibus Episcoporum Ger-  
maniae.

1. **R**egalia vnde denominata & quid sint?
2. **R**egalia vnde denominata & quid sint?  
Inferunt Ducatum seu Principatum Impe-  
rii, & cum superioritate inuoluuntur.
3. Regalia tam Episcopis quam secularibus Principi-  
bus ab Imperatoribus communicata.

4. Caro-

4. Carolus Magnus Imperium Romanum à Græcis ad Germanos transtulit.
5. Quot & quos fundauerit Episcopatus.
6. Acquisitum ius constituendi Pontifices & inuestiendi Episcopos.
7. Inuestitura quæ per annulum & baculum fieri solet, Pontifici, quæ per Sceptrum, imperatori cedit, ex compositione tempore Henrici Quinti iniecta.
8. Episcopi in Germania ab antiquo regalia ab Imperatore, vti adhuc receperunt.

**R**EGALIA à Rege Romanorum siue Imperatore denominationem habent, & sunt iura ad eius excellentiam specialiter reseruata. §. Dadurch den/re. Reichs abtheil. de Anno 76 §. volumus, de pat. Constant. Id. in c. de regalib in vrb. feud. vulgo, Königliche Lehen §. wir erkennen/re. cap. 24. Vom ampt der Churfürsten Aur. bull. Ducatum siue Principatum imperii ferre inferunt, & cum superioritate siue iure territorii, vulgo Landts vnd Fürstlicher Obrigkeit inuoluuntur, Georg. Obrecht. de iurisd. thes. 69. Matt. Steph. de ead. mater. lib. 1. cap. 2. nu. 29. lib. 2. cap. 7. par. 1. num. 203. Tho. Michael. conelus. 46. in alleg. non minus Episcopis, quàm secularibus principibus, antehac ab Imperatoribus distributa, siue cõmunicata, cuius beneficio siue liberalitate primo mei instituti nõ est examinare, Carolus Magnus qui Imperiũ Romanũ à Græcis ad Germanos trã ferri meruit, c. venerabilẽ x. de Elect. de uicta Saxonia decẽ, vel vt alii, octo fundauit Episcopatus puta, Bremẽ/Paderborn/Sildesheim/Münster

5. *Osnabrug / Minden / Halberstadt & Verden / & jus constituendi Pontifices & inuestiendi Epi-*
6. *scopos à 153. Episcopis in Synodo congregatis acquisiuit, c. Adrianus 2. dist. 63. sicut & postea Ortho primus, c. in Synodo. ead. dist. quod dum inter Pontifices & Imperatores disputari cœpit, tem-*
7. *pore Henrici Quinti, ita temperatū & cōpositum est, quod inuestitura, quæ per anulum & baculum fieri solet, Pontifici, quæ autem per sceptrum & regalia denotat in regno Theutonico, Imperatori cedere debeat, de quo extat bulla Callisti Papæ de anno 1122. nono Cal. Octob. apud Naucler. in Chron. lib. 2. gen. 38. & historicorum vtriusque religionis abundans testimonium apud Gerlac. Buxstorff. in Aur. bull. contl. 69. in alleg. sub lit. A. ita quod Episcopi in Germania ab antiquo regalia ab Imperatore tanquam alii Imperii Principes receperint, prout adhuc recipiunt, Aur. bull. cap. 24. d. loc. 9. Wir erkennen / S. Demnach wann die / r. Reichs ab-*
8. *scheid de anno 1500. Rub. 42. der teutsche Orden.*

## TITVLVS XXIII.

An regalia impetrare possint sine confirmatione.

1. **A**firmatiua sententiæ quodnam fundamentum?
2. In Hispania, Gallia, Polonia, Anglia constituuntur Episcopi sine auctoritate Pontificis.
3. Quid in successione tam Ecclesiastica quam seculari examinandum sit.

4. Iudex